

De Figuris & Modis Syllogism. &c. 399  
universalis negans, minor universalis affir-  
mans: *Disamis*, in quò major est parti-  
cularis affirmans, minor verò universali-  
ter affirmat; *Datifi* in quò major est uni-  
versaliter; minor verò particulariter affir-  
mans: *Bocardo*, in quo major particula-  
ris negans, minor universalis affirmans,  
& denique *Ferison*, in quo maior univer-  
saliter negat, minor particulariter affirmat.  
Exemplum in modo *Darapti* est h. preced.  
In *Felapton*: N. substantia est accidens. O.  
substantia est ens. Q. ens non est accidens.  
In *Disamis*: Q. animal ratione preditum  
est. O. animal est sentiens: E. Q. sentiens  
ratione preditum est. In *Datifi*: O. cur-  
rens est vivens. Q. currens est homo. Q.  
homo est vivens. In *Bocardo*: Q. vivens  
non est animal. O. vivens est substantia. E.  
Q. substantia non est animal. In *Ferison*:  
N. substantia est in subjecto. Q. substantia  
est corpus. E. Q. corpus non est in subjecto.

ii. Not. i. Sicut singula vocabula, quibus  
modi significantur, tribus constant sylla-  
bis: ita hæ tribus enunciationibus respon-  
dent in syllogismò. Priores duæ syllabæ si-  
gnificant duas præmissas: ex quibus judicari  
potest